

Il documento più antico in cui è menzionato Sant'Emiliano (più propriamente: Miliano) è il racconto del suo martirio, la “*Passio Sancti Miliani martiris*”.

Ne esistono due codici, uno conservato a Montecassino e l'altro nei Lezionari del Duomo di Spoleto (Archivio Capitolare, vol. II, carte 138r-141r). Di questo riportiamo la trascrizione e la versione in italiano tratta da “*Trevi Antica*” di Carlo Zenobi, Foligno 1995.

Nel 2002 l'Arcidiocesi di Spoleto-Norcia ha edito un opuscolo “*Sant'Emiliano Armeno primo vescovo di Trevi - XVII Centenario del Martirio*”, opuscolo in distribuzione gratuita che ormai dovrebbe essere in ogni casa di Trevi.

Ma già nel 1935 don Aurelio Bonaca, per celebrare il ritorno a Trevi delle reliquie del martire, aveva pubblicato [*Il martirio di S. Emiliano vescovo di Trevi*](#), libera trascrizione del suddetto documento, riportato integralmente nel nostro sito web.

Da Trevi, il 28 gennaio 2024, festa di Sant'Emiliano.

Etenim Harmania quidem tradidit ad correctionem eos qui secundum gradum filios atque heredes. Harmania autem martyres sibi elegit, usque ad sanguinem qui in eam fusus est, caritatem fidem atque confessionem ostensuros, et quod melius est non solum viros, sed et mulieres ostensuras omnes agones et certamen, et usque in finem per Christi fide per crucis exemplum, coronam adepturi. Horum unus extitit et noster coronatus Milianus, cuius vitam quam ab initio usque ad finem scribere iussus sum, ipsum preponens testem, cumque ipsum confessum est, domini ad dominum Ihesum Christum; et sic incipiam enarrationis eius sermonem domino protegente; hic quidem erat de Harmania regione. Accidit ut sanctus Milianus ex Harmania veniens, perget in civitatem Spoletanam, que christiani exercebant opuscula. Et didicit cum esse virum sanctum, ceperunt exquirere in qua urbe non esset episcopus. Et cum didigissent quia in civitate Lucana non esset episcopus miserunt ad eam viros prudentissimos qui explorarent si in ea invenirentur fideles. Et cum reperissent viros nobiles et mulieres de Anchorum genere, habito consilio, suaserunt eos ut postularent consecrari sibi Milianum episcopum. Quod Deo favente impletum est, venerunt in civitatem suam Lucanam cum sacro Miliano episcopo. Tunc cepit sanctus Milianus claro sermone exortare populum, ut converterentur ab idolis, et Christi efficerentur cultores. Eodem tempore Maximianus augustus Tuscie cepit curiose querere si alicubi occulti Christiani invenirentur. Et divulgatum est episcopus Milianus. Cumque venisset Maximianus dixit: "Video te quia insaniam colis ad

L'Armenia denunciò per la correzione perfino quelli che per diritto erano figli ed eredi; l'Armenia quindi ebbe i suoi martiri sino all'effusione del sangue che in essa fu sparso con forte testimonianza di carità e di fede; e veramente notevole è che non solo gli uomini ma anche le donne dettero dimostrazione di coraggio e di agonismo per giungere alla conquista della corona per la fede in Cristo sull'esempio della Croce.

Tra questi eroi uno particolarmente si distinse: il nostro Miliano, la cui vita sono stato comandato di scrivere dall'inizio alla fine, proponendo lui quale testimone, poiché egli stesso testimoniò il Signore Gesù Cristo; e così, con l'aiuto del Signore, inizierò il racconto.

Miliano era armeno ed accadde che venendo dall'Armenia giungesse alla Città di Spoleto ⁽¹⁾ dove si trovavano nuclei di cristiani; e poiché questi lo ritenevano uomo santo, cominciarono a chiedersi in quale città mancasse il vescovo. Venuti dunque a sapere che nella città Lucana ⁽²⁾ non v'era il vescovo, mandarono in essa degli uomini prudentissimi perché investigassero se vi erano dei fedeli. E siccome vi

¹ Jacobilli, o.cit., Tomo I, pag. 145, riferisce che Miliano era giunto a Spoleto nel 296.

² Una aggiunta di carattere posteriore dice: "*Lucana, idest Civitas Trebana, sive Trevii, prope Spoletum et Clitunnum flumen*". Lucana, cioè la Città Trevana, Trevi, prossima a Spoleto e al fiume Clitunno.

Salvo che nella *Cronaca Gualdese* non troviamo altrove citata la città *Lucana*. La *Cronaca Gualdese* (sec. XIV) dice: "Sanctus Aemilianus episcopus in Lucana civitate ubi Trebium dicitur fidem Christi fundavit, et Ecclesiam, et ibi martirizatus est, reconditus sub Maximiano Imperatore".

Potremmo ritenere che Lucana sia stato un epiteto dato anticamente a Trevi per la vicinanza del famoso bosco sacro, *lucus*, e per le *lucaria*, feste solenni che si celebravano annualmente nel detto bosco in onore di Giove.

montem, sacrifica diis”. Milianus episcopus dixit: “Non sacrifico demoniis quia scriptum est, omnes dii gentium demonia. Et qui sacrificat diis eradicabitur”. Tunc Maximianus iussit eum fustibus cedi. Cui et dixit: “Respice et agnosce potentes esse Deos quibus nos colimus”. Maximianus imperator dixit: “Quare christiani coluntur omnia sicut ista?” Milianus episcopus dixit: “..... et feci et facio semper”. Maximianus imperator dixit: “Quomodo possumus facere?” Milianus episcopus dixit: “Iube unum paralyticum de platea adduci, et veniant dii tui et sacerdotes tui et... invocationem curatus, et ego invoco Christum meum; per cuius invocationem curatus fuerit paralyticus ipsi iube omnes credere”. Et iussit imperator adduci ad se paralyticum et poni in medio. Et adductus est paralyticus cum lecto et positus est in medio; et dixit imperator ad Milianum episcopum: “Prior redde honorem diis meis”. Milianus dixit: “Primi ipsi faciant et audiantur; si non auditi fuerint invoco et ego dominum meum”. Imperator dixit: “Bene dixisti: ita fiat”. Et ceperunt invocare dominos suos: quidam Asclepium alius Ypocratem, alius Iovem, alius Mercurium, alius Gallienum, et ceteros deos invocabant. Milianus episcopus ut vidit subrisit. Videns autem imperator quia nichil perficeret dixit: “Et faciat Milianus invocationem suam”. Milianus episcopus respiciens in celum dixit: “Domine Deus exaudi orationem meam et clamor meus ad te perveniat. Ne avertas faciem tuam a me. In quacunque die invocavero te velociter exaudi me. Ostende istis quia tu solus es Dominus, et curas qui in te credet”. Et tenuit manum paralytici et elevavit eum dicens: “In nomine domini nostri Ihesu Christi esto sanus ab ista hora”. Et statim surrexit et habiit in domum suam gaudens, et dans gloriam Domino. Multi ex illa hora crediderunt in

trovarono degnissimi uomini e donne della stirpe di Anco-ro, li consigliarono a chiedere di far consacrare Miliano loro vescovo; il che, con l'aiuto di Dio, fu fatto.

Miliano dunque, consacrato vescovo, venne con i suoi compagni nella città Lucana, ed iniziò subito, con un fervente discorso, ad esortare il popolo affinché abbandonassero gli idoli e si facessero seguaci di Cristo.

In quel medesimo tempo Massimiano, rettore della Tuscia, cominciò ad investigare se in qualche luogo vi fossero dei cristiani nascosti, e così venne a sapere del vescovo Miliano, ed appena avutolo alla sua presenza gli disse: “So che tu predichi la folle dottrina: sacrifici dunque agli dei”. Il vescovo Miliano disse: “Non sacrifico ai demoni, perché sta scritto che tutti gli dei delle genti sono demoni, e chi sacrifica agli dei sarà sterminato”. Allora Massimiano comandò che venisse bastonato. Poi disse a Miliano: “Guarda e constata come sono potenti gli dei che noi veneriamo”. Ed aggiunse: “Ma perché i cristiani professano una simile dottrina?” Il vescovo Miliano rispose: “..... e così feci e faccio sempre”. L'imperatore Massimiano disse: “Come possiamo fare?” Rispose il vescovo Miliano: “Comanda che un paralytico sia portato qui dalla piazza; vengano poi i tuoi sacerdoti e invocchino i tuoi dei perché il paralytico sia guarito. A mia volta io invocherò il mio Cristo. Allora tu comanderai che si creda nel dio per le cui invocazioni il paralytico sarà stato risanato”. L'imperatore ordinò che venisse portato il paralytico e che venisse posto nel mezzo. E venne portato il paralytico con il suo letto e fu posto nel mezzo. E disse l'imperatore al vescovo Miliano: “Tu per primo rendi onore ai miei dei”. Rispose Miliano: “Lo facciano essi per primi e vediamo se saranno esauditi. Se non saranno stati esauditi, io invocherò il mio Signore”. Disse l'imperatore: “Hai detto bene, e così si faccia”. Cominciarono allora ad invocare i loro dei: uno Asclepio, un altro Ippocrate, un altro Giove, un altro Mercurio, un altro Calliano, ed invocavano tutti gli altri dei. Il vescovo Miliano

Christo. Et habierunt medici stridentes dentibus suis cum sacerdotibus adversus eum. Et dixerunt imperatori: "Sacrificia deorum peribunt, nisi istum exterminaveris. Omnes enim isti incipiunt credere; tu autem noli ei credere. Namque per virtutem deorum curavit". Imperator consentiens eis dixit: "Quia non consentis michi et sacrificas diis? Vides enim quanti mortui sunt propter deos". Milianus episcopus dixit: "Qui mortui sunt propter deos tuos in eternum mortui sunt. Nam qui per Christo mortui sunt in eternum vivunt". Maximianus dixit: "Noli nominare Christum et libera mentem tuam. Multa enim magna tormenta tibi parata sunt si tu permanseris in eadem confusione". Milianus respondit: "Que dicis tormenta celerius michi adhibe. Ego enim paratus sum omnia tormenta sustinere propter Christum". Maximianus dixit: "Miliane, ante istos dies scis quanta tormenta propter Christum". Milianus dixit: "Quanto magis ego debeo pati?". Videns imperator quia non ei consentit, iussit eum in eculeo suspendi et lampadas ad latere eius applicari. Sanctus autem Milianus respiciens in celum sustinebat tormenta et dicebat: "Domine Ihesu Christe, quomodo in cura preterita deprecationem meam exaudisti, et nunc esto michi in adiutorium". Et apparuit ei Christus et dixit: "Noli timere, Miliane: ego tecum sum in omnibus que incipies pati". Et statim manus carnificum aride facte sunt. Videns autem imperator que facta sunt, iussit eum deponi et dixit ei: "Quale artificium nosti ut lampadas extinguas et manus carnificum arefeceris?". Milianus respondit: "Artificium nostrum Christus est qui lampadas tuas extinguit, et ministris tuis manus arefacte sunt". Maximianus dixit: "Si peiora tormenta tibi adibuero quid facturus es?" Milianus respondit: "Si maiora tormenta ad me applicaveris, et Christus meus

nel veder ciò sorrideva. L'imperatore infine, constatato che nulla accadeva, disse: "Ora faccia Miliano la sua invocazione". Allora Miliano, volgendo lo sguardo al cielo, disse: "Signore Dio, ascolta la mia preghiera e il mio grido giunga a te. Non allontanare da me il tuo sguardo ed in qualunque momento ti invocherò esaudiscimi subito. Mostra a questi che solo tu sei il Signore ed hai cura di chi crede in te". Prese quindi per mano il paralitico e lo sollevò dicendo: "Nel nome del Signore nostro Gesù Cristo sii immediatamente risanato". E subito il paralitico si alzò e andò a casa sua lieto e rendendo gloria al Signore. Molti da quell'ora credettero in Cristo. Ma i medici, insieme ai sacerdoti, insorsero contro Miliano digrignando i denti e dissero all'imperatore: "I sacrifici agli dei cesseranno se non sterminerai costui. Tutti infatti cominciano a credere in lui. Tu però non volergli credere, perché risanò il paralitico per virtù degli dei". L'imperatore acconsentì e disse a Miliano: "Perché non mi dai ascolto e sacrifichi agli dei? Vedi infatti quanti sono morti per gli dei?". Rispose il vescovo Miliano: "Coloro che sono morti per i tuoi dei sono morti in eterno; ma quanti sono morti per Cristo vivono in eterno". Disse allora Massimiano: "Non voler nominare Cristo e libera di lui la tua mente, perché molti tormenti sono preparati per te se rimarrai nella stessa confusione". Rispose Miliano: "I tormenti di cui parli dammeli subito perché io sono pronto a sopportarte ogni tortura per Cristo". Massimiano disse: "Prima di questi giorni tu saprai quanti tormenti tu dovrai sopportare a causa del tuo Cristo". Disse Miliano: "Ma quanti altri tormenti debbo io ancora patire?" Vedendo allora l'imperatore che Miliano non gli dava ascolto, comandò che venisse sospeso sull'eculeo e gli venissero bruciati i fianchi con le torce. Ma Miliano guardando in cielo sopportava i tormenti e diceva: "Signore Gesù Cristo, così come hai esaudito le mie preghiere nel passato, siimi ancora di aiuto". E gli apparve Cristo e gli disse: "Non temere, Miliano. Io sono con te in tutto ciò che tu patisci". E subito

maiores virtutes imponebit”. Hec audiens imperator iussit sanctum Milianum episcopum adduci et mitti in sartagine plumbi bullientem. Et respiciens in celum dixit Milianus: “Exaudi, Domine, orationem meam dum deprecor; a timore inimici libera me. Protege me a conversatione malorum operantium iniquitatem, quia exacuerunt ut gladium linguas suas”. Et eo orante apparuit illi Christus, et tenuit manum eius, et ascendit cum eo in sartagine, et plumbum refrigeravit.

Sanctus autem Milianus psallebat dicens: “Ego autem clamavi et Dominus exaudivit me, vespere mane et meridie, et annuntiabo, et exaudiet vocem meam”. Et omnes mirati sunt. Imperator autem circumstantibus dixit: “Quid est? Plumbum frigidum factum est et ignis extinctus est? Que tormenta possumus ei apponeri?” Et circumstantes dixerunt: “Si iubes, imperator, in fundum fluminis mittatur. Numquid flumini imperare iubet?” Et duxerunt et ligaverunt ei lapidem habentem talentum, et in medium flumen qui Cleon - Clitumnus - vocatur periecerunt eum. Et apparuit ei Christus; lapis enim solutus est, et tenens ei manu duxit ad litus. Et psallebat: “Confiteor tibi Domine in toto corde meo; narrabo omnia mirabilia tua; letabo et exultabo in te, et psallam nomini tuo altissime. Dum convertentur inimici mei retrorsum, infirmabuntur et perient a facie tua qui iudicas equitatem. Iudicasti gentes et perient iniusti, et Dominus in eternum permanet”. Et venit ad litus; et dicit ei imperator; “Miliane, iterum articula tua flumini imperavere?”. Milianus respondit: “Flumen iussu Domini sui fecit, et faciet”. Maximianus dixit: “Ergo tu flumen dominaris?”. Milianus respondit: “Non ego, sed qui mecum est; tu non es dignus videre eum”. Imperator furore repletus iussit feras omnes ad eum parari ut martirem

le mani dei carnefici si seccarono. Osservando l'imperatore quanto stava accadendo ordinò che Miliano venisse deposto dall'eculeo e gli domandò: “Quale artificio hai messo in atto perché le torce si estinguessero e le mani dei carnefici si inaridissero?”. Rispose Miliano: “Il nostro artificio è Cristo, per il quale le tue torce si sono spente e le mani dei tuoi carnefici si sono inaridite”. Massimiano disse: “Se ti darò tormenti maggiori che cosa farai?” Miliano rispose: “Se mi sottoporrai a maggiori tormenti anche il mio Cristo mi darà maggiori forze”.

Udendo ciò l'imperatore comandò che il santo vescovo Miliano fosse messo in una caldaia di piombo bollente. E guardando in cielo Miliano disse: “Esaudisci, Signore, la mia preghiera mentre ti invoco, e liberami dal timore del nemico. Proteggimi dall'insidia di coloro che operano l'iniquità, perché hanno affilato le loro lingue come una spada”. E mentre lui pregava gli apparve Cristo, e, presolo per mano, scese con lui nella caldaia, e il piombo si freddò. E santo Miliano allora salmodiava dicendo: “Per la verità io l'ho invocato e il Signore mi ha sempre esaudito, mattino, giorno, sera; ed io lo annuncerò e lui ascolterà la mia voce”. E tutti erano meravigliati. L'imperatore allora chiese a quanti gli erano vicino: “Come mai il piombo si è freddato e il fuoco si è spento? Quali tormenti possiamo dargli?” E i presenti dissero: “Se lo comandi, o imperatore, Miliano sarà gettato in fondo al fiume. Può forse comandare al fiume?” E lo portarono al fiume; lo legarono ad una pietra di gran peso e lo gettarono nel mezzo del fiume detto Cleon (Clitunno) (1). E gli apparve Cristo, e fu sciolto dalla pietra, e, tenendolo per mano, Cristo lo condusse alla riva. E Miliano così salmodiava: “Ti professo, Signore, con tutto il mio cuore; narrerò tutte le tue meraviglie; mi allietterò ed esulterò in te, e canterò altamente al tuo nome, mentre i

¹ Clitunno: correzione di carattere posteriore.

Christi devorarent. Et dicit ei imperator: “Vides, Miliane, omnes istas feras propter te preparantur. Ergo consenti michi et sacrificia diis, et consule iuventuti tue ne pereas male”. Milianus dixit: “Maximianus, omni confusione plenus, volens michi terrore concutere, fortiozem michi fecit. Ignoras quia omnes feras tuas mansuescere faciem”. Ecce unus qui super feras erat venit et dixit imperatori: “Domine, omnes fere sicut iussisti parate sunt”. Et iussit imperator sanctum Milianum adduci. Et omnes civitas currebat ut spectaret sanctum Domini. Et sedens imperator iussit martyrem introduci. Et apparuit ei Christus et dixit ei: “Serve meus Miliane fidelis et bone, in pauca fuisti fidelis, in multa te confirmabo”. Et iussit imperator omnes feras ad illum dimitti, et circumdederunt sanctum Milianum; leones autem faciem eius lingebant, et leopardi pedes eius; similiter et omnes bestie seipse occidebant certantes que prior ad manus eius excederet. Et non recedebant ex ipsis feris, nisi prius manus imposuisset eis, benedicens; sic recedebant ab eo bestie. Et populus clamabat dicens: “Magnus Dominus Christianorum. Dimittatur sanctus Domini”. Tunc iratus Maximianus occidit plurimos populi viros mille. Et feras iussit occidi. Sanctus vero Milianus benedicebat Dominum dicens: “Gloria tibi Christe; magna est gloria tua, quia non solum homines propter nomen tuum patiuntur, sed et fere elegerunt mori magis quam tangere unum de servis tuis”. Tunc omnes qui occisi sunt christiani furaverunt et sepelierunt eos. Multos dies iacuerunt foris, et nulla volatilia eos tetigerunt. Que multi videbant, mirabiliaque faciebant et confortabantur in fide. Tunc imperator dixit domesticis suis: “Quid faciam puero isto, qui omnes populos separat a sacrificiis deorum?” Et dixerunt imperatori: “Iube fieri rotam et ligetur in ea, et tol-

miei nemici inditreggeranno, ammalaranno e periranno lontano dal tuo sguardo perché tu giudichi con equità. Giudicasti le genti e gli ingiusti periscono; e il Signore resta in eterno”. E venuto alla riva, dice a lui l'imperatore: “Miliano, i tuoi artifici hanno comandato anche al fiume?” Miliano rispose: “Il fiume ha eseguito il comando del suo Signore, e lo eseguirà ancora”. Massimiano disse: “Dunque tu hai dominato il fiume?” Rispose Miliano: “Non io, ma colui che è con me: tu non sei degno di vederlo”. Allora l'imperatore, prorompente d'ira, comandò che venissero preparate per lui tutte le bestie feroci perché divorassero il martire di Cristo. Poi disse a lui l'imperatore: “Vedi, Miliano, tutte queste fiere vengono preparate per te. Ascoltami quindi e sacrifici agli dei, e pensa alla tua giovinezza perché non finisca malamente”. Miliano disse: “O Massimiano ripieno di ogni confusione, volento tu sopraffarmi con il terrore mi hai reso più forte. Ignori che c'è chi renderà mansuete tutte le tue fiere?” Ed ecco che uno degli uomini addetti alle fiere venne e disse all'imperatore: “Signore, tutte le fiere sono state preparate come tu hai comandato”. E l'imperatore ordinò che Miliano venisse condotto là. Tutta la città accorreva per vedere il santo del Signore. E, sedendo, l'imperatore comandò che venisse introdotto il martire. E apparve a lui Cristo e gli disse: “O Miliano, servo mio buono e fedele, mi fosti fedele nel poco, ti confermerò nel molto”. Allora l'imperatore ordinò che tutte le fiere fossero mandate contro di lui. E le fiere circondarono il santo: ma i leoni leccavano la sua faccia e i leopardi i piedi, mentre le bestie si uccidevano tra di loro gareggiando per giungere prime alle sue mani; e non si allontanavano se non dopo che Miliano aveva su di esse imposto la sua mano benedicente: solo così si allontanavano da lui le fiere. E il popolo gridava dicendo: “Grande è il Signore dei cristiani! Venga rilasciato il santo del Signore!” Allora Massimiano, in preda all'ira, fece uccidere tanta gente del popolo: mille uomini; e comandò che venissero uccise anche le bestie.

latur in alto loco, et dimittatur de alto, et sic ex penis eius carnes dirumpantur, et sic potest animam reddere". Et iussit imperator sic fieri. Et incluserunt Milianum in cercerem, usque fabricata est rota. Et post dies triginta nuntiaverunt imperatori quod parata est rota. Et iussit imperator mitti preconem ut omnis populus expectaret exitum eius: et omnes credentes in Christo si converti fuerint ad sacrificandum mittantur, si in Christo permanserint occidantur. Et ivit ad theatrum et iussit adduci Milianum episcopum. Veniens autem...: "Inclina Domine aurem tuam ad me et exaudi me quia egenus et pauper sum ego. Custodi animam meam, quoniam tu es iustus et pius Dominus et misericors in omnibus qui invocant. Intende orationem meam in quacumque die tribulor et exaudi me. Non est similis tibi in diis, Domine, et non est secundum opera tua. Omnes gentes quascumque fecisti laudent te, et adorent, et glorificent. Dominus magnus es tu, et faciens mirabilia; tu es Dominus solus. Deduc me Domine in via tua et ambulabo in veritate tua; letetur cor meum nomen tuum, quoniam magna est via tua super me; et eripuisti animam meam ab inferis. Fac mecum Domine signum in bonum ut videant qui me oderunt et confundantur, quoniam tu Domine audivisti me et consolatus es me". Post orationem tulerunt eum et ligaverunt eum de alto, et apparuit ei dominus Ihesus Christus et statim rote ligature rupte sunt. Et erat sanctus Milianus episcopus sedens sine lesione. Rota autem volvit se et occidit de populo animas quingentas. Et factus est timor magnus in illa civitate. Imperator timore ductus clamabat eum ad se et dixit ei: "Miliane, usque quo hec omnia facis? Alios vivos separasti a diis, alios occidisti". Beatus Milianus episcopus respondit: "Infelix et miser filius diaboli, bene de vobis

Miliano invero benediceva il Signore dicendo: "Gloria a te, o Cristo. Grande è la tua gloria, perché non solo gli uomini patiscono per il tuo nome, ma anche le fiere scelgono la morte piuttosto che far del male a uno dei tuoi servi". I cristiani poi portarono via di nascosto tutti quelli che erano stati uccisi e li seppellirono. Per molti giorni erano rimasti all'aperto e nessun volatile li aveva toccati. Il che molti videro restando meravigliati mentre venivano confermati nella fede. Disse poi l'imperatore ai suoi servi: "Che farò io a questo giovane che allontana tutto il popolo dai sacrifici per gli dei?" E dissero quelli all'imperatore: "Comanda che sia costruita una ruota e che venga legato ad essa, e portato in un luogo alto, e dall'alto venga rotolato cosicché le asperità strappino le sue carni, e finalmente possa esalare l'anima". E l'imperatore comandò che così venisse fatto; e fece rinchiudere Miliano in carcere finché la ruota non fu fabbricata. Trenta giorni dopo annunziarono all'imperatore che la ruota era stata approntata. L'imperatore allora comandò che venisse mandato in giro il banditore perché tutto il popolo fosse presente alla morte di Miliano; e che tutti i credenti in Cristo, se si fossero convertiti, venissero inviati a sacrificare; se invece fossero rimasti fedeli a Cristo venissero uccisi. Andò poi al teatro e comandò che fosse condotto il vescovo Miliano. Questi durante il cammino così salmodiava: "Inclina, Signore, il tuo orecchio verso di me ed ascoltami perché sono debole e povero. Custodisci la mia anima, perché tu sei giusto e pio, Signore, e misericordioso verso coloro che ti invocano. Ascolta la mia preghiera ed in qualunque giorno io sarò tribolato tu esaudiscimi. Non v'è tra gli dei, Signore, chi ti somigli, ed ogni tua opera non è seconda a nessun'altra. Tutte le genti che tu hai creato lodino te, e ti adorino e ti glorifichino. Tu sei grande, Signore, e fai cose mirabili. Tu sei il solo Signore. Conducimi, Signore, per la tua via, ed io camminerò nella tua verità. Il mio cuore si allietta nel tuo nome perché grande è il tuo disegno sopra di me, ed hai strappata la mia anima dagli in-

dixit prophetia: “Convertantur mala eorum super capita ipsorum; iniquitas ipsorum descendet super eos”. Maximianus dixit: “Ergo de nobis dicta sunt verba ista? Quis te docuit?” Milianus respondit: “Dominus meus Ylarianus presbiter”. Imperator dixit: “Possum videre eum ut ego discam aliquid ab eo?” Hec enim dolose dicebat, volens eum punire. Milianus respondit: “Si volueris apparebit tibi”. Imperator dixit: “Per meam salutem magnum beneficium”. Milianus respondit: “Iube et adduco eum”. Et iussit eum imperator ire cum custodibus; et ingressus Milianus ad Ylarianum presbiterum dixit ei: “Domine pater, clamat te imperator”. Ylarianus presbiter dixit: “Venit tempus meum. In hac nocte venit ad me Dominus dicens: Debetur tibi certamen sicut servo meo Miliano”. Et habierunt simul gaudentes. Et cum venissent imperatori nuntiaverunt ei. Et iussit eos ingredi, et dixit imperator: “Quid diceris?” Et dixit ei presbiter: “Quod a parentibus meis audivi Ylarianus, in fide Christianus”. Imperator autem dixit: “Abes aliorum tecum?” Hylarianus dixit: “Sunt duo fratres”. Imperator dixit: “Quid dicuntur?” “Dionisius, inquit, et Ermippus”. Imperator dixit: “Adducantur”. Et adducti sunt; et iussit eos ingredi, et ingressi dicens eis: “Vos estis qui Milianum separastis a diis nostris?” Illi dixerunt: “Dignos clamat Dominus noster ad se”. Maximianus respondit: “Ite et suadete illi ut sacrificet diis, et eritis michi amici karissimi”. Illi dixerunt: “Oramus ad Deum ut nos eripiat in quem credimus ut coronemur a Domino?” Orantibus autem illis simul apparuit illis Christus. Et statim contremuit locum ille ubi fecerunt orationem. Imperator timore ductus dicit eis: “Videte quomodo dii irati sunt, et commota est terra?”. Illi dixerunt: “Bene dixisti. Si ergo terra est mota, puto et dii ceciderunt”. Imperator

feri. Fa di me, Signore, un segno della tua bontà affinché vedano quelli che mi hanno odiato e restino confusi; poiché tu, Signore, mi hai ascoltato e ti sei consolato in me”. Dopo questa orazione lo portarono via e lo legarono in un luogo alto. E apparve a lui il signore Gesù Cristo, ed immediatamente le corde che lo legavano alla ruota si trapparono, Miliano rimase lì seduto senza ferita alcuna. La ruota invece rotolò ed uccise cinquecento persone del popolo. Una grande paura pervase allora la città. L'imperatore, sopraffatto dal timore, chiamava Miliano perché si appressasse a lui e gli disse: “Miliano, fino a quando farai tutte queste cose? Alcuni vivi separasti dagli dei, altri li uccidesti”.

Il beato Miliano vescovo rispose: “Infelice e misero figlio del diavolo! Bene disse di voi la profezia”: Le loro cattive azioni si rivolgeranno sopra le loro teste; la loro stessa iniquità ricadrà sopra di loro”. Massimiano disse: “Dunque tali parole sono state dette per noi? Chi ti ha istruito?” Miliano rispose: “Il mio signore Ilariano presbitero”. L'imperatore disse: “Posso vederlo affinché anch'io apprenda qualcosa da lui?” Ciò però diceva con inganno volendolo punire. Miliano rispose: “Se vorrai ti comparirà davanti”. L'imperatore disse: “Per la mia salute sarà un grande beneficio!” Disse Miliano: “Comanda e io lo conduco”. L'imperatore ordinò che andasse insieme alle guardie; ed entrato Miliano da Ilariano presbitero gli disse: “Signor padre, l'imperatore ti chiama”. Il presbitero Ilariano esclamò: “E' giunto il mio tempo! Questa notte è venuto a me il Signore dicendo: Ti è riservata la lotta come al mio servo Miliano”. Ed andarono lieti insieme; e come giunsero dall'imperatore li annunciarono. L'imperatore comandò che entrassero e chiese ad Ilariano: “Come vieni chiamato?” Gli rispose il presbitero: “Per quanto ho sentito dai miei genitori, Ilariano. Nella fede Cristiano”. L'imperatore domandò ancora: “Hai altri con te?” Ilariano rispose: “Vi sono due fratelli”. L'imperatore chiese: “Come si chiamano?” Rispose Ilariano: “Dionisio ed Ermippo”. L'imperatore comandò: “Siano

dixit eis: “Quid dicis?” Loquente adhuc Maximiano, venit nuntius et dixit ei: “Ceciderunt dii tui et confracti sunt”. Imperator autem audiens dixit: “Per salutem meam nisi celerius de hac civitate istos separavero, usque ad deos parvenerant”. Et iussit Milianum in carcere mitti, et illis tribus multas penas dari et decollari. Et tulerunt christiani in absconso corpora eorum, et sepelierunt diligenter. Et postea iussit imperator clamari ad se Milianum episcopum et dixit ei: “Quid te putas quia possis evadere de manu mea nisi sacrificaveris diis?” Milianus respondit: “Non est michi necessarium respondere tibi de hoc sermone”. Imperator dixit: “Ecce magister tuus Hylarianus, Dionisius et Hermippus consentierunt michi et sacrificaverunt diis, et sunt nobiles in palatio meo”. Milianus cognovit per Spiritum Sanctum quia iam coronati sunt, et dixit imperatori: “Non enim post multos dies cum eis ero in regno celorum”. Imperator dixit: “In aliam civitatem eos direxi causas meas acturos”. Milianus respondit: “Bene, indigne canis, soles mentiri, sed modo veritatem dixisti. Sunt enim in celo civitate Christi”. Tunc multa ei adibuit; iussit eum adduci demandans spiculatoribus ut etiam carnes eius decollati ignem consumerentur. Et ibat Milianus gaudens psallebatque dicens: “Omnipotens Dominus celi terreque, Ihesu Christe dominus regum summa potestas. Omnia qui iuste moderas moderamine sancto de celi veniens natus de Virgine sacra. Postquam mille modis miracula sancta dedisti, in cruce crucifixus salvasti sanguine mundum. Inde tuis famulis donasti fonte tropheum, demoniacas fraudes per quid efringere possunt, terrore Christe dominus humane gentis amator. Demones ut huius, tu pandas cuncta nefanda, a propriis dictis permant facta maligna, per que cecatis propinat tanta ve-

condotti”. Furono condotti e l'imperatore ordinò che venissero introdotti. Appena entrati chiese loro: “Voi siete quelli che separaste Miliano dai nostri dii?” Essi risposero: “Il Signore nostro chiama a sé coloro che ne sono degni”. Massimiano disse: “Andate e persuadetelo a sacrificare agli dei e diverrete amici miei carissimi”. Essi risposero: “Preghiamo Dio di allontanarci da colui nel quale crediamo affinché possiamo venir coronati dal Signore?” E mentre essi pregavano apparve loro Cristo; e subito tremò quel luogo dove facevano orazione. L'imperatore, spinto dal timore, dice loro: “Vedete come gli dei sono adirati e come è stata scossa la terra?” Uno di loro rispose: “Bene hai detto. Se dunque la terra è stata scossa, ritengo che anche gli dei sono caduti”. Disse l'imperatore: “Cosa dici?” E mentre Massimiano ancora parlava viene un suo servo e gli dice: “Sono caduti i tuoi dei e si sono frantumati”. Ciò udendo l'imperatore esclamò: “Per la mia salute, se non mi affretterò a mandar via costoro da questa città arriveranno sino agli dei”. Comandò poi che Miliano fosse messo in carcere, e quei tre, dopo aver patito molti martiri, venissero decapitati. E i cristiani presero di nascosto i loro corpi e li seppellirono diligentemente. Poi l'imperatore comandò di condurgli il vescovo Miliano e gli disse: “Cosa pensi di fare per sfuggire dalla mia mano senza aver sacrificato agli dei?” Rispose Miliano: “Non credo necessario risponderti su questo argomento”. L'imperatore disse allora: “Ecco, il tuo maestro Hylariano, Dionisio ed Ermippo sono stati d'accordo con me e hanno sacrificato agli dei, e vivono ora, onoratissimi, nel mio palazzo”. Miliano però aveva saputo attraverso lo Spirito Santo che essi già avevano ricevuto la corona; e disse all'imperatore: “Infatti tra non molti giorni sarò con loro nel regno dei cieli”. L'imperatore disse: “Li ho mandati in altra città per trattare alcuni miei affari”. Disse Miliano: “O indegno cane, sei solito mentire bene, ma questa volta hai detto la verità. Essi sono infatti in cielo, città di Cristo”. Allora l'imperatore comandò che venisse consegnato

na. Qui videant propterea, te laudant semper in evum, teque Domine permanes celi terreque salvatorem: teque colant semper devoto mentis amore. Qui cum patre Dominus regnas et cum flamine sancto atque tuum regnum mundi per climata fulget". Hec ubi dicta dedit precando martyr beatus. Ad hanc vocem beati Miliani fuis ad Deum precibus, plurimis ex eis crediderunt in Domino. Et baptizati sunt laudantes, et benedicentes nomen domini Ihesu Christi laudabile et gloriosum in omnibus sanctis. "Quem te adiuvante os tuos famulos de tenebris infidelitatis eruens, ad gremium sancte matris ecclesie perducere curavi. Custodi ergo et protege eos ab his qui in circuitu ambulant, ut viam mandatorum tuorum absque errore currens, ad celestem regnum conscendere valeam. Meque tuum famulum de manu iniquorum eruens, ad tuam sanctam gloriam perducere dignare, Dominus Angelorum et omnium virtutum Dominus, benedicimus te, et totis visceribus glorificemus, quia nos in merito ad talem exitum perducere dignatus es, ut participes fieremus servorum tuorum, et calicis Christi tui per passiones momentaneas, quas per tua fide libenter sustulimus. In quibus positus precamur humiles ut suscipiamur hodie per manum angelorum tuorum, sicut sacrificium matutinum, et acceptabile holocaustum ante conspectum tremende maiestatis tue. Implorantes simul et per omnibus qui memores extiterint nostri, ad reverentia nominis tui, tribuas eis quas domine fidei recte constantiam infirmitatibus medelam, titubantibus salutarem viam, per nostri nominis humilitate te interpellantibus tue gratie dona, misericorditer indulgeas. Et si in delictis forte humano more ceciderint, et reminiscentes viarum tuarum, que nobis claementer affuerunt, clamaverunt ex gemitu cordis, et contritionem

ai carnefici perché gli fossero strappate le carni e, dopo la decapitazione, bruciato. E andava Miliano lieto, e salmodiava dicendo: "Onnipotente Signore, creatore del cielo e della terra, Gesù Cristo Signore dei re, somma potestà, che tutto regoli con giustizia; che venendo dal cielo nascesti dalla sacra Vergine; e, dopo aver profuso santi miracoli, inchiodato sulla croce, salvasti il mondo con il tuo sangue; ai tuoi servi donasti la croce come trofeo, per il quale possono vanificare le frodi demoniache, con il terrore di Cristo Signore amante del genere umano. Tu sveli ogni nefandezza dei cattivi, e dalle loro stesse parole vengono rivelate le loro malignità con le quali propinano tanti veleni agli accecati. Ma i buoni ti loderanno in eterno, perché tu, Signore, rimani il salvatore del cielo e della terra. Adorino sempre con devoto amore della mente te, che con il Padre e lo Spirito Santo regni signore, mentre il tuo regno rifulge nel mondo". A queste parole del beato Miliano, fuse con le preghiere a Dio, molti credettero nel Signore e furono battezzati lodando e benedicendo il nome del Signore Gesù Cristo lodabile e glorioso in tutti i santi. E così pregò ancora Miliano: "Con il tuo aiuto, Signore, strappando i tuoi servi dalle tenebre della infedeltà, curai di portarli nel grembo della santa madre Chiesa. Custodiscili dunque e proteggili da quelli che li circuiscono, affinché percorrendo la via dei tuoi comandamenti lontano dall'errore, possa anch'io giungere al regno celeste. Strappando me tuo servo dalla mano degli iniqui ti degni di portarmi alla tua santa gloria, Signore degli Angeli e Signore di tutte le Potenze. Noi ti benediciamo e con tutte le nostre forze ti glorifichiamo, perché ti sei degnato di portarci con merito a questa conclusione della nostra vita, affinché divenissimo partecipi del calice del tuo Cristo attraverso patimenti momentanei, che per la tua fede in te, volentieri sopportiamo. Ti preghiamo dunque umilmente e ti supplichiamo perché oggi, per mano dei tuoi Angeli, come sacrificio mattutino e accettabile olocausto, tu ci porti al cospetto della tua tre-

spiritus contribulati, tu Domine qui peccatis involutos absolvere consuisti exaudi in celo et propitiare impietati eorum. Verus es et sine mendacio Dominus, propterea laudem dicit tibi omnis creatura tua, propter nam Dominum et pontificem Ihesum Christum dilectum filium tuum, per quem et cum quo tibi in Spiritu Sancto gloria, et nuncet infinita secula seculorum”. Et completa oratione, ibat Milianus gaudens et psallebat dicens: “Sepe expugnaverunt me a iuventute mea, et enim non potuerunt michi. Dominus iustus confringet cervices peccatorum”. Et duxerunt eum foras, extra civitatem Lucanam miliaria tria, et invenerunt locum ubi placuit Domino. Et ligaverunt eum in novella oliva, et accessit ad eum unus de spiculatoribus et percussit eum, et gladius tamquam cera conspicatus est, et dicebant ad invicem: “Venite, cadamus ad pedes eius dicentes: Rogamus te, ora pro nobis, ut indulgeat nobis Dominus omnia que gessimus, et nos credimus in Christum”. Et levavit Milianus manus suas ad celum dicens: “Domine deus meus comple desiderium meum in loco isto, et omnibus istis da indulgentiam, et dimitte eis peccata eorum. Et quidquid colunt meam festivitatem et facient commemorationem, habeant partem cum Domino nostro Ihesu Christo, et beata Maria mater Domini nostri Ihesu Christi, et beato Michael Arcangelo cum omnibus Sanctis in regno tuo”. Et vox de celo audita est: “Miliane, quecumque petisti ego exaudiam te. Ingredere benedice a Domino in requiem sempiternam. Ecce enim preparata est habitatio tua”. Et iterum facta est vox de celo dicens: “Servus meus bone completa sunt desideria tua, apti sunt tibi celi. Chori angelorum expectant te, corona tua preparata est. Iam non dicens Milianus sed misericors vocaberis. Unde et tumulto liberaturus es. Tu autem es spes

menda maestà. Ti imploriamo anche per tutti quelli che si ricorderanno di noi per amore del tuo nome. Concedi, Signore, la costanza della fede agli infermi, e ai timorosi la via della tua salvezza. A coloro che si rivolgeranno a te nel nostro nome concedi i doni della tua grazia, e perdona per la tua misericordia. Se poi per avventura cadessero per umana fragilità nei peccati e rivolgeranno il loro grido con gemito del cuore, tu, Signore, che hai sempre perdonato a quanti furono circuiti dal peccato, ascolta e perdona la loro empietà. Sei un signore veritiero e senza inganno e per questo ti rende lode ogni creatura, e per tutti i secoli dei secoli acclameranno sommo sacerdote e signore il diletto tuo figlio Gesù Cristo, in gloria con te e lo Spirito Santo”. Terminata questa preghiera andava Miliano lieto e salmodiava ancora dicendo: “Spesso mi hanno assalito sin dalla mia giovinezza e tuttavia non poterono sopraffarmi Il Signore giusto schiaccia le cervici dei peccatori”. E lo condussero fuori lontano dalla città Lucana tre miglia, e trovarono un luogo dove piacque al Signore; e lo legarono ad una giovane pianta di olivo. Si avvicinò a lui uno dei carnefici e lo colpì, ma la spada si piegò come cera. Si dicevano allora l’un l’altro: “Venite, cadiamo ai suoi piedi e diciamogli: Ti supplichiamo, prega per noi affinché il Signore ci perdoni tutto quanto abbiamo fatto, e noi crediamo in Cristo”. E levò Miliano le sue mani al cielo dicendo: “Signore mio Dio, compi il mio desiderio in questo luogo, e a tutti questi concedi il perdono e cancella i loro peccati. E coloro che celebreranno la mia festa e faranno memoria di me abbiano parte con il Signore nostro Gesù Cristo, con la Beata Vergine Maria sua madre, con il beato Michele Arcangelo e con tutti i santi nel tuo regno”. E si udì dal cielo questa voce: “Miliano, ti ho esaudito in tutto quello che tu hai chiesto. Entra, o benedetto dal Signore, nella pace eterna. Ecco infatti, la tua dimora è stata preparata”. E un’altra voce ancora venne dal cielo e diceva: “O mio servo buono, sono stati esauditi i tuoi desideri. Sono a te aperti i cieli. I cori

navigantium et refugium eorum et susceptor qui opprimuntur. Rogantibus medicus, et demonum persecutor”. Hec audiens Milianus clamavit homines illos et dixit eis: “Percutite me”. Illi autem nolebant. Et dixit eis: “Nisi hoc feceritis, non hebebitis partem mecum in regno Dei”. Et gaudentes accesserunt ad eum, et osculati sunt omnem membrum eius, et percusserunt eum. Et apparuit corpus eius sicut nix, et per sanguine lacte cucurrit. Et arbor illa ubi ligatus est repleta est fructus. Et omnis populus civitatis venerunt condere corpus eius, et lacte per sanguine currere viderunt, et arboris fructum: et dederunt gloriam Deo, et multus populus crediderunt in Christo. Completum est autem martyrium beati Miliani episcopi in loco qui dicitur Carpiani, tertia parte miliari de ipso flumine qui Cleoton vocatur. Venerunt christiani et tulerunt corpus eius et sepelierunt eum sub die V kalendas februarii. Regnante Domino nostro Ihesu Xpo qui vivit et regnat dominus in secula seculorum. Amen.

degli Angeli ti aspettano; la tua corona è pronta. Non sarai più chiamato Miliano, ma Misericordioso; perciò tu sarai il liberatore dalle tempeste, la speranza dei naviganti ed il loro rifugio; sarai l’aiuto degli oppressi, la salute degli infermi, e il persecutore dei demoni”. All’udire queste parole Miliano chiamò gli uomini della guardia e disse loro: “Trafiggetemi!” Ma essi non volevano. Allora gli disse: “Se non farete ciò non avrete parte con me nel regno di Dio”. Allora lieti si avvicinarono a lui, baciaron tutte le sue membra, e lo trafissero. E il suo corpo apparve bianco come neve ed in luogo del sangue scorse latte. E quell’albero dove era stato legato si riempì di frutti. Tutto il popolo della città accorse a venerare il suo corpo ed in luogo del sangue videro scorrere latte, e videro i frutti dell’albero, e diedero gloria a Dio, e molti del popolo credettero in Cristo.

Il martirio del beato vescovo Miliano si compì nel luogo che è detto Carpiano, un terzo di miglio dallo stesso fiume chiamato Cleoton (Clitunno).

Vennero i cristiani e presero il suo corpo e lo seppellirono il quinto giorno prima delle kalende di febbraio ⁽¹⁾ regnando il Signore nostro Gesù Cristo, il quale vive e regna Signore nei secoli dei secoli. Amen.

¹ Il quinto giorno prima delle kalende di febbraio corrisponde al nostro 28 gennaio. Poiché la persecuzione ebbe inizio con l’editto del 23 febbraio 303 è da ritenere che l’esecuzione capitale del vescovo Miliano sia avvenuta il 28 gennaio 304, non 303 come da altri riferito.